molrẽ & solus cũ filijs saluatus est, et semen relictũ naturæ et
scintilla præseruata est generi. Sic Melchisedech magnus pon Gen. 14.
tifex amentiã illorũ qui idolorũ sectabantur cultũ detestãs, Hebr. 7.
vniuersorũ creatori suum sacerdotiũ dedicauit. Cuius gratia
magnum illud præmiũ reportauit, vt fieret figura & umbra Ibidem.
eius, qui vere est sine patre, sine matre, sine genealogia, neq.
initiũ dierũ neq. finem vitæ habens. Atqui recta via procedẽs
oratio, peruenit ad illũ qui habitus ac dictus est Dei amicus:
qui leges amicitiæ accurate seruauit & docuit. Quis enim
quo-

ἀγνοεῖ δὲ οὕτω πως τὰ θεῖα πεπαιδευμένον. ὅπως ὑπήκουσεν Ἀβραὰμ ὁ μέγας ὁ πατριάρχης καλέσαντι τῷ θεῷ. ὅπως τὴν πατρῴαν κατέλιπεν οἰκίαν. καὶ τῆς πατρῴας τὴν ξένην προείλετο. ἐπείπερ ἅπαξ ἠράσθη τοῦ κεκληκότος, καὶ τὰ ἄλλα πάντα δεύτερα τῆς ἐκείνου φιλίας εὐδόκησε θέσθαι. καὶ πολλαῖς δυσκολίαις περιπεσὼν, οὐ κατέλιπε τὸν ἐρώμενον. ὥστε τῆς ἐπαγγελίας οὐκ εἶδε τὸ πέρας, ἀλλὰ καὶ δίψει πιεζόμενος. καὶ πιεῖν ὕδωρ ἀφ' ὧν ὤρυξε φρεάτων εἰργόμενος, οὔτε κατὰ τοῦ καλέσαντος ἐδυσχέρανεν, οὔτε τοὺς ἀδικοῦντας ἠμύνατο. ἐδέξατο καὶ λιμοῦ προσβολὴν, καὶ οὐκ ἔσβεσε τὸν τῆς ἀγάπης πυρσὸν, ἀφῃρέθη καὶ τὴν ὁμόζυγα καὶ ὥρᾳ λάμπουσαν, καὶ σωφροσύνῃ κοσμουμένην, καὶ διὰ πάντων αὐτῷ θυμήρη τὸν βίον παρέχουσαν, καὶ οὐ συναφῃρέθη τὴν περὶ τὸν θεὸν ἀγάπην τῇ γυναικὶ, ἀλλὰ καὶ ἐπαμύνοντος τοῦ θεοῦ. καὶ τῇ μακροθυμίᾳ γυμνάζοντος καὶ συγχωροῦντος δέχεσθαι τῆς ἀδικίας τὰς προσβολὰς, ὁμοίως διέμεινεν ἀγαπῶν. πρεσβύτης ἐγένετο, καὶ πατὴρ οὐκ ἐγένετο, καὶ περὶ αὐτὸν πατέρα ποιήσειν ἐπαγγειλάμενον μὲν, οὐ πεποιηκότι δέ πως, ὁμοίως διέκειτο. ἐπειδὴ δὲ ὀψέ ποτε καὶ τὴν ἐπαγγελίαν ἔλαβε. καὶ τῆς Σάρρας τὴν φύσιν ἐκίνησεν. καὶ τοῦ γήρως ὑπερέβη τοὺς ὅρους. καὶ τοῦ Ἰσαὰκ ἀπεφάνθη πατὴρ, ὀλίγον μὲν χρόνον τῆς ἐντεῦθεν θυμηδίας ἀπήλαυσεν, μειράκιον δὲ τὸ παιδίον γενόμενον, προσενεγκεῖν εἰς θυσίαν τῷ δεδωκότι προσετάχθη. καὶ τὸ δῶρον ἀποδοῦναι τῷ χορηγῷ. καὶ ἱερεὺς γενέσθαι τοῦ τῆς ἐπαγγελίας καρποῦ. καὶ προσαγαγεῖν εἰς θυσίαν. καὶ τὴν ἐθνῶν τὴν μεγάλην πηγὴν καὶ αἵματι μονογενοῦς παιδὸς καταφοινίξαι τὰς χεῖρας. ἀλλ' ὅμως ταῦτα πάντα, καὶ ἔτι τούτων πολλῷ πλείονα τῆς θυσίας ἐχούσης, οὐκ ἀντέτεινεν ὁ πατριάρχης οὐδὲ τὰ τῆς φύσεως προὐβάλλετο δίκαια. οὐδὲ τὰς ὑποσχέσεις εἰς μέσον παρήγαγεν. οὐδὲ γηροκομίας καὶ ταφῆς ἀνεμνήσθη. ἀλλὰ πάντα λογισμὸν ἀνθρώπινον ῥίψας, τῷ πόθῳ

πόθου

γενέσ. ιβ'. ιγ. καὶ ιδ. ἑβραί. ια. γαλάτ. γ'.
γενέσ. κς'.
γενέσ. κ'.
γενέσ. ιε. ιζ. ιη. ῥωμαί. δ'. γαλάτ. γ.
γενέσ. κα. ἑβραί. ια.
γενέσ. κβ. ἑβραί. ια.

quoque modo in diuinis rebus exercitatus ignorat, quomodo magnus ille patriarcha Abraam, a Deo vocatus, obedierit: Gen. 12. 15.
quomodo domũ paternã reliquerit: & pro patria, in aliena Hebr. 11.
& peregrina regione diuersari cõmorariq. maluerit: quãdo- Galat. 3.
quidẽ semel amore eius captus, qui vocauerat ipsum, & alia Act. 7.
quæcunq. illius amori postponenda censuit, multisq. difficultatibus inuolutus, suũ non reliquit dilectum, tamquam promissionibus finẽ nõ imposuisset quin etiã sitis pressus, & aquã Gen. 21. &
ex puteis quos foderat, prohibitus bibere, nequaquã ei a quo 26.
vocatus erat, indignatus est, neq. cũ his, a quibus afficiebatur iniurijs, minis egit. Famis quoq. incursionẽ suscepit, & caritatis flammã minime restinxit. Ablata etiã ab eo sua fuit cõ- Gen. 20.
iux, quæ & venustate forma erat excellens, & continentia ac pudicitia dono ornata, eiq. in omnibus suauẽ & gratã vitã præbebat, nõ tamen simul cũ coniuge, hac in Deũ caritate destitutus est Sed auxiliante Deo, & diuturna patientia ipsum exercente, iniuriarũq. impulsus eũ suscipere, permittente, idẽ sẽper in amore perstitit factus erat senex, & pater non Gen. 15. 17.
erat factus. & in ipsum qui promiserat quidẽ se facturũ eum & 18
patrem, sed nõdũ fecerat, eodẽ modo animatus erat. Postquã Rom. 4.
autẽ tandẽ sero promissum suscepit, & Sarræ naturã euicit, Galat. 3.
ac senectutis terminos trãgressus est, definitusq. pater Isaac, Gen. 15 & 21.
paruo quidẽ tempore hoc gaudio frui potuit: Puerũ vero iam Hebr. 1.
ad adulescentiã perductum, iussus est offerre in sacrificium Gen. 22.
Deo, qui dederat ipsum, & donum hoc suo reddere largitori, Hebr. 11.
& vt sacrificator fieret eius, qui erat fructus promissionis, offerretq. in sacrificiũ, magnum fontem gentium, & sanguine vnigeniti filij, suas cruentaret manus. verumtamen cũ cuncta hac atq. his multo plura illud sacrificiũ haberet, nequaquã restitit Patriarcha; neq. iura naturæ obiecit. neq. promissiones in mediũ attulit, neq. nutritionis atq. curæ in senibus alendis adhiberi solitæ, suæq. sepulturæ meminit: verũ cum vniuersas cogitationes abiecisset humanas, & desiderio

D desíde-

πόθον ἀντιτάξας, καὶ νόμῳ νόμον ἀντιστήσας, τὸν τῆς φύσεως, τὸν
θεῖον. ἤδη ἔμελλεν εἰς τὴν ἱερουργίαν ἀπονεύων ἐπενεγκεῖν
γεν. κβ'. Ἰακώβου. β. τὴν πληγὴν, εἰ μὴ ταχέως ὁ μεγαλόδωρος τὴν προθυμίαν
δεξάμενος, ἐκώλυσε τὴν σφαγήν. ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα εἴ
τις ἂν ἀρκέσῃ λόγος, εἰς τὴν τοῦ ἔρωτος τοῦδε διήγησιν. ὁ γὰρ
γεν. κβ μηδὲ μονογενοῦς φεισάμενος παιδὸς ἐπειδὴ τοῦτο προσέταξεν
ὁ ἐρώμενος, τίνος οὐκ ἂν διὰ τοῦτον ὑπερεφρόνησε; καὶ
γεν. κε. κς. κζ. αὐτὸς δὲ ὁ μέγας Ἰσαὰκ. τὴν αὐτὴν ἀγάπην περὶ τὸν δεσπότην ἐκτήσατο. καὶ ὁ τούτου δὲ υἱὸς, Ἰακὼβ ὁ πατριάρ-
γεν. κζ. κα. λβ. καὶ λε. χης. ἄδουσι δὲ ἀμφοτέρων τὸ φίλθεον αἱ θεῖαι γραφαί. καὶ
αὐτὸς δὲ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, οὐδαμοῦ τῆς ῥίζης διαχωρίζει τοὺς
γεν. κε. κα. κλάδους. ἀλλὰ Θεὸν ἑαυτὸν, Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ
ἐξο. γ. καὶ δ'. ὀνομάζει. τούτων ἐστὶ καρπὸς εὐσεβὴς καὶ Ἰωσὴφ, ὁ ἐν νέοις
γεν. λζ. καὶ λθ. πρεσβύτης καὶ ἐν πρεσβύταις γενναῖος. οὐ τὸ φίλθεον, οὔτε
φθόνος ἀπήλασεν. οὔτε δουλεία κατέσβεσεν. οὔτε δεσποίνης
ἔλυσε κολακεία. οὐκ ἀπειλὴ καὶ δέος ἠμάρανεν. οὐ συκοφαντία καὶ δεσμωτήριον καὶ χρόνος μακρὸς κατεπάλαισεν.
οὐκ ἐξουσία καὶ δυναστεία καὶ τρυφὴ καὶ πλοῦτος τῆς διανοίας
ἐξέβαλεν. ἀλλ' ἔμεινεν ὁμοίως καὶ βλέπων τὸν ἐρώμενον, καὶ
ἐξοδ. β. ἑβραι. ια. τοὺς ἐκείνου νόμους, πληρῶν. ταύτην Μωϋσῆς τὴν ἀγάπην
κτησάμενος. τῆς ἐν βασιλείοις διαίτης καταφρονήσας μᾶλλον
εἵλετο συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ, ἢ πρόσκαιρον ἔχειν
ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν. καὶ τί δεῖ μηκύνειν. καὶ πέρα τοῦ μέτρου
τὸν λόγον ἐκτείνειν; τῇ θείᾳ γὰρ ἀγάπῃ πᾶσα τῶν προφητῶν
ἡ συμμορία κεχρημένη καὶ κοσμουμένη, καὶ τὴν τελεωτάτην
κατώρθωσεν ἀρετήν. καὶ ἀείμνηστον τὸ κλέος κατέλιπεν. καὶ
μέντοι καὶ τῶν ἀποστόλων ὁ χορὸς, καὶ τῶν μαρτύρων οἱ δῆμοι. τοῦτο τὸ πῦρ εἰσδεξάμενοι, πάντων μὲν ὑπερεῖδον τῶν
ὁρωμένων. πάσης δὲ ζωῆς ἡδίστης τὰ μυρία τῶν θανάτων εἴδη προείλοντο. ἐρασθέντες γὰρ τοῦ θείου κάλλους. καὶ
τὸ περὶ ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ λογισάμενοι φίλτρον. καὶ τὰς μυρίας
ἐνθυμηθέντες εὐεργεσίας, αἰσχρὸν ἡγήσαντο μήτε τὸ κάλ-
λος

desiderium opposuisset, & legi legem, naturæ quidẽ legi, diuinam obiecisset, cucurrit ad sacrificiũ, haud dubie inflicturus Gen 22.
plagam; nisi celeriter, magnorũ donorũ largitor Deus, prom- Iacob. 2.
ptitudine animi eius probata atq. accepta, cædẽ impediisset.
Verum enimuero haud scio an aliqua, magnitudini eius amoris enarrandæ, sufficere queat oratio: quippe qui ne filio qui- Gen 22.
dem suo vnigenito pepercit, postquã id sibi mandatũ esset a
dilecto; quid propter illum non spreuisset? Quin & magnus Gen. 24. 26
ipse Isaac, hanc eandẽ in Dominũ caritatẽ sibi vindicauit, & 27.
vti & illius filius patriarcha Iacob. Vtriusq. autẽ in Deum Gen. 27. 28.
pietatem & amorẽ diuina litteræ prædicant. Sed neq. etiam 32 & 35.
vniuersorũ ipse Deus, usquã ramos a radice separat. quin &
semetipsum Abraam, & Isaac & Iacob appellat. Horum etiã Gen 26 28
fructus pius est Ioseph, qui inter iuuenes senex, & inter senes Exod 3. et 4
generosus ac strenuus extitit: cuius pietatẽ in Deũ, neq. inuidia deleuit, neq. seruitus restinxit, neq. blanditiæ dominæ Gen. 37. &
diluerunt, neq. minæ metusq. tabefecerunt, non calumniæ, 39.
& carceres, tempusq. longum subegerunt, non potestas, nec
vis potentatus, nec delitiæ, neq. diuitiæ eũ a sententia dimouerunt. sed sese eundem semper gessit & in eo quem diligebat
considerando, & in diuinis ipsius legibus complendis. Hanc
eandẽ caritatem cum possedisset Moyses, splendida vita Re- Exod. 2.
giæ spreta, magis elegit affligi cum populo Dei, quam tempo- Hebr. 11.
ralis peccati habere iocunditatẽ. Et quid necesse est vlterius sermonẽ protrahere, modumq. orationis excedere? Nã diuina caritate, uniuersus prophetarũ usus, ornatusq. est numerus, & perfectissimã virtutẽ est assecutus, & gloriam nominis sempiternam reliquit: atq. etiam apostolorũ chorus, & martyrum exercitus hoc igne accepto, cuncta quidẽ quæ videntur, contemptui habebãt, & infinities mori quam suauissima quauis vita hic frui maluerunt. Capti enim diuinæ pulcritudinis amore, cõsideratoq. erga nos amore ipsius Dei, & infinitis beneficijs animo collectis ac examinatis: turpe putarũt

λος ἐκεῖνο ποθῆσαι τὸ ἄφραστον, καὶ ἀγάλλεσθαι περὶ τὴν δι᾽ ἐργασ-
τέαν ηὐμέθη. τούτου χάριν μέχρι θανάτου τὰς πρὸς αὐτὸν
συνθήκας ἐφύλαξαν. τούτου τοῦ κάλλους ἐρασθέντες καὶ οἱ
νέοι τῆς ἀρετῆς ἀθληταί, ὧν συνεγράψαμεν ἐν συντόμῳ τὸν
βίον, εἰς τοὺς μεγάλους ἐκείνους καὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν νι-
κῶντας εἰσεπήδησαν ἄθλους. τοῦτο δὲ σαφῶς αὐτοὺς ἐξεπαί-
δευσαν αἱ θεῖαι γραφαί. ψάλλουσι γὰρ μετὰ τοῦ μεγάλου
ψαλμ. ργ. Δαβίδ· κύριε ὁ θεός μου ἐμεγαλύνθης σφόδρα. ἐξομολό-
γησιν καὶ μεγαλοπρέπειαν ἐνεδύσω. ἀναβαλλόμενος φῶς ὡς
ἱμάτιον. ὁ ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέρριν. καὶ τὰ ἄλλα ὅ-
σα τῆς σοφίας αὐτοῦ δείκνυσι τὴν δύναμιν. καὶ πάλιν· ὁ κύ-
ψαλμ. ϟβ. ριος ἐβασίλευσεν εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο, ἐνεδύσατο κύριος
ψαλμ. ϟε. δύναμιν καὶ περιεζώσατο. καὶ γὰρ κατώρθωσε τὴν οἰκουμέ-
νην, ἥτις οὐ σαλευθήσεται. κἀνταῦθα δὲ ὡσαύτως καὶ σο-
φία καὶ κάλλος ἐκηρύχθη καὶ δύναμις, καὶ ἑτέρωθι· ὡραῖος
κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ ἀνθρώ-
ψαλμ. μδ. πινον τοῦ θεοῦ λόγου εὐφήμησε κάλλος. ὑμνεῖ δὲ καὶ τὴν σο-
αὐτόθι. φίαν· ἐξεχύθη γάρ φησιν ἡ χάρις ἐν χείλεσί σου. ὑποδείκνυσι
αὐτόθι. καὶ τὴν δύναμιν· περίζωσαι τὴν ῥομφαίαν σου ἐπὶ τὸν μηρόν
σου δυνατέ. τῇ ὡραιότητί σου, καὶ τῷ κάλλει σου, καὶ ἔντεινον
καὶ κατευοδοῦ καὶ βασίλευε ἕνεκεν ἀληθείας καὶ πραότητος καὶ
δικαιοσύνης. ταῦτα γὰρ αὐτοῦ καὶ πλοῦτος καὶ κάλλος καὶ δύνα-
ἡσαΐ. ξγ. μις. καὶ ἡσαΐας δὲ βοᾷ· τίς οὗτος ὁ παραγινόμενος ἐξ Ἐδώμ. ἐ-
ρύθημα ἱματίων αὐτοῦ ἐκ Βοσόρ. οὗτος ὡραῖος ἐν στολῇ αὐτοῦ,
βίᾳ μετὰ ἰσχύος. οὐ δὲ γὰρ ἡ ἀνθρωπεία στολὴ τὸ θεῖον κατε-
κάλυψεν κάλλος. ἀλλὰ καὶ ταύτην περιβεβλημένος, μαρ-
μαρυγὰς ἀπὸ τῆς ὥρας ἀφίησιν, ὡς τοὺς ἐρῶντας βιάζεσθαι
καὶ καταθέλγειν εἰς ἔρωτα. τοῦτο καὶ ἡ ἁγία νύμφη πρὸς
ᾀσμάτ. α. αὐτὸν ἐν τῷ ᾄσματι τῶν ᾀσμάτων διαλεγομένη, φησί· μύ-
ρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου. διὰ τοῦτο νεάνιδες ἠγάπησάν σε.
εἵλκυσάν σε ὀπίσω, εἰς ὀσμὴν μύρων σου δραμοῦμεν. αἱ γὰρ
νεανικαὶ ψυχαὶ τῆς σῆς εὐωδίας μεταλαμβάνουσαι, θέου-
σι καταλαβεῖν σε ποθοῦσαι, καὶ οἷον ἁλύσει τινὶ τῇ ὀδμῇ κατε-
χόμεναι.

neq. ineffabilẽ illã desideraſſe pulcritudinẽ, & ingratitudinis apud benefictorẽ ipſum, incurriſſe notam. Hac de cauſſa, ad mortẽ vſq. ſua cũ eo pacta atq. conuenta ſeruarunt. Huiuſce pulcritudinis etiã amore capti iuuenes illi uirtutis athleta (quorũ a nobis, per modũ compendij, deſcripta eſt vita) ad magna illa etiã humanam naturã excedentia, prodiere certamina. Illud vero manifeſte diuinæ eos edocuerunt ſcripturæ: canunt enim cũ magno Dauide: Domine Deus meus, Pſalm 103.
magnificatus es vehementer. Confeſſionẽ & decorẽ induiſti: amictus lumine ſicut veſtimento. Extendens cælum ſicut pellem, Et alia quæ ſapientiæ ipſius vim edocent. Ac rurſus: Do- Pſalm. 92.
minus regnauit, decorẽ indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe. Etenim correxit orbẽ terræ: qui Pſalm 95.
non commouebitur. cuius ſimiliter ſapientia, & pulcritudo, atq. potẽtia prædicata eſt, & alibi. Speciosus forma, præ filijs Pſalm 44.
hominum. Hic vero, & humanam Dei verbi pulcritudinem laudibus celebrauit. Prædicat autẽ & ſapientiam. Diffuſa e- Ibidem.
nim, ait, eſt gratia in labijs tuis. Oſtendit quoq. eius potentiã: Accingere gladio tuo, ſuper femur tuum potentiſſime. Specie Ibidem.
tua & pulcritudine tua, intende, proſpere procede, & regna. Propter veritatẽ, & manſuetudinẽ & iuſtitiam. Hæc ſiquidem ipſius ſunt, & diuitia, & pulcritudo, & potentia. Quin & Eſaias clamat. Quis eſt iſte qui venit de Edom, ſulcis ue- Eſa. 63.
ſtibus eius de Boſor. Hic formoſus in ſtola ſua, violentia cum fortitudine. Neq. enim humana veſtis, diuinam pulcritudinẽ obtexit, obumbrauitq. ſed & ea circumamictus, ſplẽdores ſuæ emittit ſpecies ac pulcritudinis, ita vt videntes quodammodo vi adigat rapiatq. in amorem. quod etiã ſancta ſpõſa, ad ipſum in Cantico Canticorum loquens, dicit. Oleũ effu- Cant. 1.
ſum nomen tuũ. ideo adoleſcentulæ dilexerunt te, traxerũt te retro, in odorẽ vnguentorũ tuorum cucurrerũt. Dũ enim iuueniles animæ bonum illum tuũ odorẽ participant, currũt deſiderantes te comprehendere, & odore illo, quaſi catena

quadam

κέχρημαι. διαῤῥῆξαι τὸν δεσμὸν οὐκ ἀνέχονται. γλυκὺ γὰρ οὗτος. καὶ ἐθελουσίως αὐτῷ περικείμενος. Τούτοις συμφωνεῖ καὶ
β κορ. β. τὰ θεσπεσίου Παύλου τὰ ῥήματα· χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν, ἐν τοῖς σωζομένοις καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις, οἷς μὲν ὀσμὴ θανάτου, εἰς θάνατον, οἷς δὲ ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωήν. καὶ καλὸν ποιεῖν αὐτὸν, ὑπὸ τῆς θείας γραφῆς διδασκόμενοι καὶ πλοῦτον ἄφραστον ἔχοντα. καὶ σοφίας ὄντα πηγήν, καὶ τοσαῦτα δυνάμενον ὅσα βούλεται, καὶ φιλανθρωπίᾳ χρώμενον ἀμετρήτῳ. καὶ ἡμερότητος ποταμοὺς ἀναβλύζοντα, καὶ διὰ πάντων εὐεργετεῖν μόνον τοὺς ἀνθρώπους ἐθέλοντα. καὶ τὰ μυρία καὶ ἀριθμοῦ κρείττονα τῶν εὐεργεσιῶν εἴδη ὑπὸ τῶν θεοφόρων ἀνδρῶν διδασκόμενοι, τοῖς γλυκέσι τῆς ἀγάπης ἐτρώθησαν βέλεσι. καὶ μέλη τῆς νύμφης ὄντες, μετ' ἐκείνης βοῶσι· τετρωμένοι ἀγά-
Ἰωάν. α. πης ἡμεῖς. ὁ μὲν γὰρ μέγας Ἰωάννης βοᾷ· ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ
Ἠσα. νγ. ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. ὁ δὲ προφήτης ἠσαΐας ὡς γεγενημένα τὰ ἐσόμενα προθεσπίζει λέγων· αὐτὸς ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν. τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα περὶ τῶν σωτηρίων πα-
Ῥωμαι. η. θῶν διεξέρχεται, κηρύττει καὶ Παῦλος βοῶν· ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν. πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται. καὶ πάλιν·
β κορ. ε. ὑπὲρ χριστοῦ πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν. δεόμεθα ὑπὲρ χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ θεῷ. τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἵνα ἡμεῖς γενώμεθα δικαιοσύνη θεοῦ ἐν αὐτῷ. ταῦτα καὶ ὅσα τοιαῦτα παρὰ τοῖς ὑπηρέταις τοῦ θείου λόγου γεγενημένοις εὑρίσκοντες, δέχονται παραχεθέντα τῆς θείας ἀγάπης τὰ κέντρα, καὶ πάντων ὑπερφρονοῦντες, βαστάζονται τὸν ἐρώμενον, καὶ περὶ τῆς ἐλπιζομένης ἀφθαρσίας. τὸ σῶμα πνευματικὸν ἀποτελέσαι. τοῦτο καὶ ἡμεῖς τὸ φίλτρον δεξώμεθα. καὶ τῷ κάλλει τοῦ νυμφίου καταθελγόμενοι. καὶ τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν ἐφιέμενοι. καὶ τὸ τῶν εὐεργεσιῶν ἐκπληττόμενοι πλῆθος. καὶ τὰς τῆς ἀχαριστίας δεδιότες εὐθύνας.

ἀγα-

quadam canstricta, vinculum disrumpi non patiuntur: hoc enim est dulce, & quo valuntarie sunt alligata. His quoqua consonant verba diui Pauli. Christi banus odor sumus, in ys 2.Cor 2.
qui salui fiunt, & in ys qui pereunt, alys quidem odor mortis in mortẽ, alys autẽ odor vita in vitã. A diuina igitur scriptura edocti de pulcritudine ipsius, quodq. ineffabiles diuitias possideat, ac sapientiæ fons sit, poßitq. cuncta qua velit, & quomodo immensa in homines liberalitate vtatur, fluentaq. ex ea mansuetudinis scaturiant, & hoc vnũ velle vt per omnia homines ipsius accumulentur beneficys. His, alysq. infinitis ac innumerabilibus beneficiorum generibus a viris diuino spiritu afflatis imbuti, dulcibus telis caritatis vulnerati sunt, cumq. sint membra sponsa, clamanc cũ ea: Vulnerati caritate nos. Clamat siquidẽ magnus ille Iohãnes: Ecce agnus Iohan 1.
Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Propheta vero Esaias res futuras tamquam iam factas prædicebat, dicens: Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: Disciplina pacis nostræ super eum, liuore eius sanate sumus. & alia, que de salutaribus paßionibus cõmemorat atq. prosequitur. Prædicat quoq. Paulus, clamans: Qui etiã Esa. 53. Rom. 8.
proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo nõ etiã cum illo omnia nobis donauit. Et denuo: Pro Christo legatione fungimur, tamquã Deo exhortãte per nos: obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Eum qui non nouerat peccatũ, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Hac & id genus alia reperientes apud illos, qui diuini verbi fuere ministri, vndiq. diuinæ caritatis stimulos percipiunt, & spretis omnibus, eum quem amant, sibi ob oculos ponunt. & ante speratam immortalitatem reddiderunt corpus spiritale. Quare & nos hunc amplectamur amorẽ, ipsiusq. sponsi pulcritudine permulsi atq. allecti, & promissorum bonorum amore capti, ac beneficiorũ multitudinẽ reuerentes, ingratitudinisq. pœnas metuentes, 2.Cor. 5.

amantes

ἀγαπῶντες δὲ, φύλακες αὐτοῦ τῶν νόμων γινώμεθα. οὗτος γὰρ ὅρος φιλίας, τὸ, ταυτὰ φιλεῖν καὶ ταυτὰ μισεῖν. διὰ τοῦτο καὶ
γεν. ιβ πρὸς Ἀβραὰμ ἔλεγεν· εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ τοὺς καταρωμένους σε, καταράσομαι. καὶ ὁ Δαβὶδ πρὸς αὐτόν. ἐ-
ψαλμ. ρλη μοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου ὁ θεός. καὶ πάλιν· οὐχὶ
αὐτόθι. τοὺς μισοῦντάς σε κύριε ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς σου ἐξετηκόμην; τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτούς, εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντό
ψαλμ. ρι- μοι. καὶ ἑτέρωθι· παρανόμους ἐμίσησα, τὸν δὲ νόμον σου ἠγά-
θαετις β. πησα. καὶ ἀλλαχοῦ· ὡς ἠγάπησα τὸν νόμον σου κύριε, ὅλην τὴν ἡμέραν μελέτη μου ἐστίν. ἐναργὲς οὖν τεκμήριον τῆς περὶ τὸν θεὸν ἀγάπης, τῶν θείων αὐτοῦ νόμων ἡ τήρησις. ὁ γὰρ ἀ-
ἰωάν. ιδ. γαπῶν με, τὰς ἐντολάς μου φυλάξει, εἶπεν ὁ δεσπότης χριστός. μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.



amantes vero, legũ ipsius eundemque custodes. In eo enim vis ac terminus amicitiæ consistit, ut eadem amemus, & eadem prosequamur odio. Eam ob caussam dicebat quoq. ad Abrahã: Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi. Gen. 12.
Et Dauid ad eum: Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus. Psalm. 138.
Ac rursum: Nonne qui oderunt te Domine, oderam: & super inimicos tuos tabescebam? Ibidem.
Perfecto odio oderã illos: inimici facti sunt mihi. Et alio loco, Iniquos odio habui, legem autem tuam dilexi. Psalm. 118. D & D.
Et alibi: Quomodo dilexi legem tuam Domine. tota die meditatio mea est. Euidens igitur caritatis in Deum argumentum existit, diuinarum eius legum obseruatio. Nam qui diligit me, mandata mea seruabit, inquit Dominus Christus: Cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen. Iohan. 14.

VARIÆ LECTIONES IN THEODORITI de Caritate orationem, inter se ex manuscriptis Græcis collatæ:

Potissimum vero quæ ex noui & veteris Testamenti locis sumptæ sunt, & aliter in vulgata siue communi Bibliorum editione aliter a Theodorito fere LXX. interpretes sequente, videntur positæ.

IN hac auctoris nostri Theodoriti, oratione, ubi legitur ὁ καὶ τεσσαράκοντα καὶ ὅλας ἡμέρας εἴσω τοῦ γνόφου γενόμενος. Cumq. quadraginta dies cum ipse intra caliginem fuisset, &c. In communi siue vulgata contextu Biblica ponitur, ἦν ἐκεῖ ἐν τῷ ὄρει τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ τεσσαράκοντα νύκτας, &c. quadraginta dies & noctes, &c. Exod. 24. Et secundum distinctionem capitum in Græco, τεσσ. λδ. ¶ Varietas lectionis ante quoq. deprehensa est in κάρω, & κάριν, ubi habetur καθάπερ γὰρ τινα κάριν ὑπὲρ τῶν ἀγαθῶν ἐπιλαβέσθαι λέγει, pro quo, in alio manuscripto legitur, καιρόν, &c. Sed prior lectio, ubi κάριν est, magis probatur. Ratio vel ex ipso colligi potest auctore, quemadmodum & in consequenti membro, ubi de eodem Moyse dicitur τὴν μελλοῦσαν ἀγαθὴν φωνήν. pro quo in alio legitur, ἔργα καὶ φωνήν. Sed prior lectio præferenda est. ¶ In uno codice manuscripto hanc lectionē notant; καὶ τὴν ὄρεξιν ἀνεκόπτεν, ἢ ἀνέλαβεν, &c. & appetitionem procrastinauit, at distulit fructu, &c. pro qua & rectius credo in exemplari manuscripto quod sequor legi καὶ τὴν ὄρεξιν ηὔξησεν ἢ ἀνέλαβεν, & appetitionem auxit fruitio, &c. Vel, fruendo, ipsa creuit appetitio, &c. ¶ Quæ adducuntur a Theodorito ex epist. ad Ro. cap. 8. πέπεισμαι γὰρ ὅτι οὔτε θάνατος, &c. Certus sum enim quia neque mors, &c. Eadem per omnia sunt, & hic & ibi, nisi quod a Theodorito post (οὔτε ἀρχαὶ, neque principatus) addatur immediate, οὔτε ἐξουσίαι, neque potestates, &c. quod in communi contextu Biblico in loco Pauli non reperitur, sed bene in epist. ad Colossi. cap. 1. vnum alteri adiungitur, ubi sic est Siue principatus, siue potestates, &c. ¶ In exemplari quod sequor, legitur, καταφρονεῖ τοῦ δεσποτικοῦ ἐντάλματος καὶ. pro quo, in alio est, τὰ πρὸς τὸ δεσπότην, &c. Vbi est μὴ καὶ, & αὐτ. sed magis probatur, καὶ propter sententiæ continuationē. ¶ Eadem in Bibl. & Theodorito sunt τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν ἵνα ἡμεῖς γενώμεθα δικαιοσύνη θεοῦ ἐν αὐτῷ, &c. nisi quod loco (ὑπὲρ ἡμῶν) ut est in communi textu Biblico Theodorito sit, δι' ἡμᾶς. & pro genitiuo (θεοῦ) qui vtrobique est, alia lectio Theodoriti habeat datiuum θεῷ, &c. Locus est apud Paulum 2. Cor. 5. & in Græc. β. κεφ. ε. ¶ In Theodorito ubi adducitur illud Pauli cum illo ποιητὰ ἐσμέν, & vtrobique lectio eadem est, nisi quod in Biblica lectione addatur, secundum tempus, &c. quod apud Theodoritum deest. Locus est Pauli ad Romanos 5. cap. ¶ Quod ex Paulo adducitur 2. Corint.

Cor. 8. [illegible] In cōmuni texto Paulus est, [illegible] ἡμᾶς [illegible]. ¶ Pro illo Paulus γὰρ [illegible] θεοῦ [illegible] ἡμᾶς [illegible]. β [illegible] quam lectionem reperi in omnibus tam manuscriptis quam impressis Bibliis Graecis, & Vaticanis Romae, & aliis, quo vidi libris. ut etiam in manuscripto illo Theodoriti περὶ ἀγάπης, a Cardinali Bessarione emendato, & a Cardinali Sirleto mutuato, quod fere sequor. Eandemque & ipse Hieronymus lectionem illam suis profundo, ad amussim sequitur, ut patet. Caritas enim Dei urget nos: aestimantes hoc, quoniam unus pro omnibus mortuus est, &c. Legit perperam atque mendose prius quidam ante nos interpres, ἡ γὰρ [illegible] ἡμᾶς, &c. Dei summa caritas non sentiunt, tam hoc indicaverimus, &c. Sed hoc fusius velim considerent expendantque docti quam unique in vera lectione Pauli dissidant, absentiunt. ¶ Quod postea ex eodem Paulo adducitur 2. Cor. cap. 12. & in Graeco β. [illegible], &c. Placeo mihi in infirmitatibus, &c. idem est versu loqui, nisi quod in communi tamen Bibliis, pro (ἐν [illegible], ut est apud Theodoritum) legatur ἐν [illegible] plus in angustiis, &c. Verum quia Divus Hieronymus suam hunc locum interpretatione, utramque complexus videtur, neque ab illo interpretatione mutem est hoc reddere. ¶ Varietas quoque lectionis occurrit similis, & etiam, ubi de Abraham dicitur, [illegible] [illegible] in alio manuscripto codice legitur, &c. Sed prior, ut verior est, magis placet, tum quod ex his vocabulis plura denotentur, tum quod historia Genes. 22 magis illustretur [illegible]. ¶ Ubi a Theodorito citatur illud Psalm. 92. & in Graeco [illegible], Dominus regnavit, decorem indutus est, &c. ut ipse [illegible] καὶ γὰρ [illegible]. Etenim correxit orbem terrae, &c. Pro eo in communi translatione, psal. 92. legitur καὶ γὰρ [illegible]. Etiam firmavit orbem terrae, &c. Legitur tamen & priori modo, καὶ γὰρ [illegible]. Etenim correxit orbem terrae, &c. Sed hoc in alio psalmo 95. scribitur quod inspexisse meus hic videtur auctor. ¶ Imo quod allegat Theodoritus ex Canticis, aliqua etiam suspicio lectionis varietas invenitur. Communis siquidem lectionis Bibl. legitur, [illegible], per quo Theodoritum nostra legit [illegible], &c. ¶ In eo quod ex 2. Cor. cap. 2. allegatur [illegible] Christi bonus odor sumus, &c. pro omnium lectio Theodoriti cum communi biblica convenit, praeterquam quod apud Theodoritum non est [illegible] τῷ θεῷ Deo, quam Bibl. addidere, legitur enim, [illegible] τῷ θεῷ. Christi bonus odor sumus Deo, &c. β. cap. 2. 15.

Variarum lectionum finis.

GERARDI VOSSII
SCHOLIA IN THEODORITI EPISCOPI CYRI ORATIONEM VERE AVREAM, DE CARITATE SIVE DILECTIONE.

AD LECTOREM.



VM Linguę apud omnes non sint eædē, scientiarumq. genera varia, erudite Lector; hinc vt communicatio fit idiomatum, per quę & gentes peregrinę intelligantur, & disciplinæ ab his ad alios transferantur, necesse est aliquos esse qui huic se studio dedant, quo exterorum mentes ac voluntates assequi & suis interpretari possint vt cum iis societas humana foueatur, mercimumq. ac id genus similium commutatio fiat. Atqui hoc cum laudabile sit in linguis illis vulgaris quas vocant, eximium sane illud ipsum & in sacris illis censendum est. Quæ tamen licet aptissima sint instrumenta interpretandis scripturis, solæ tamen absq. earum notitia, parum aut nihil in sublimiori illa Theologiæ professione præstant. Nam sicuti scientiæ sunt aliæ atque aliæ, ita & artium vocabula diuersa, vnde fit vt non quiduis a quouis attingendum sit, sed certa a certis & in arte quam pertractant exercitatis. Quam enim Theologus quis in professione medica minime exercitatus, a medico reprehenderetur, si vel Galenum aut Hippocratem interpretandos & e Græco quantumuis eius linguæ peritus, in Latinum conuertendos susciperet. Quod si hinc in eum quod metas suæ professionis excedat, reprehensio cadat, cogitent etiam de se medici, grammatici, & id genus homines alij qui sacras litteras numquam didicerūt, solo nomine græcanicę litteraturæ sibi blandientes, quam temere agant dum falcē suam in messem alienam mittunt: Et vtinam id hactenus non absq. magno Ecclesiæ detrimento, a similibus in conuertendis aut potius euertendis, profanandisq. sententijs orthodoxorum Patrum factum non esset, ac etiamnum fieret plus nimio. Quod si tamen sincere in eam rem animum appellere vel lent, id ego talibus consilij darem, vt notas malæ sententiæ cum primis & ante omnia vitent, fundamenta sacræ Theologiæ prius capiant, & vtrumque scripturæ & linguæ donum possideant: cum enim in Patrum illorum monumentis plurima scripturæ loca notentur, variæ allusiones atq. historiæ insinuentur, fieri non potest vt quis quantumuis in lingua magnus, similium ignarus, fideliter eorum mentem interpretari possit. Cuius rei nō longe petitum exemplar dabo, præsentem hanc Theodoriti orationem, scripturæ locis fœcundissimam, varijsq. allusionibus simul & historijs plenissimā, quas ideo omni qua potui diligentia hisce meis in eam scholijs, adnotaui. & ex ipsis fontibus vnde eas hausit auctor declaraui: non quod id interpreti plane iudicarem necessarium, sed vt multis ad similia saltem prius examinanda, maxime in vertendis Patribus, ne quid temere fiat, auctor essem. Idq. solū si obtinuero, satis apud plerosque me in hoc profecisse putabo. Vale.

ARGUMENTUM GERARDI VOSSII IN THEODORITI EPISCOPI CYRI ORATIONEM DE CARITATE.

VEre aurea est hæc Oratio, pietate ac doctrina abundãs, mirisq. cõparationibus ac similitudinibus hinc a personis, inde a rebus ipsis deductis, & ex scripturę prõptuario depromptis atq. desumptis cõstans; quæ quidẽ sunt eiusmodi, vt prętérquã quod profundissimę sint doctrinæ, merito etiam vnũquemq. nostrum ad verum cultum, amoremq. in Deum incitare atq. inflammare possint debeantq. In ipso autem proœmio statim auctor aliquot ponit similitudines atq. allusiones perelegantes, quæ cum in sua potissimum Religiosa historia (quam vocat) comprehendantur, visum est etiam inde paucis harum expositionem depromere. Hisce vero tamquam præparamentis quibusdam, aut si malis præludijs citharædorum more præmissis, accedit perapportune ad Propositionem seu statum vel constitutionem suę orationis, quæ haud obscure argumentum caritatis, quod eractandum sumpserat, in sese continet, ad quam sicuti quæ per similitudines & allusiones varias prius dicta sunt, diriguntur ita quæ posterius ad finem vsque dicenda sunt, veluti membra quędam ad suum caput referuntur reducunturq. omnia. Præterquam autem quod magna ex parte in corpore huius suæ orationis, doctrina ipsius Pauli inhæreat (cuius quoq. vt & principis Apostolorum Petri circa medium quasi orationis, clarissima quadam summę pietatis veriq. illorum in Deum amoris insignia ponit atq. exempla) etiam pulcherrimis quibusdam similitudinibus adhibitis, veteris testamenti Patrum eximiam in Deum caritatem proponit commendatq. vt nos ad illorum imitationem, similemq. in Deum amorẽ ac gratitudinem prouocet inflammetq., & e contra ab ingratitudine, eius proposita pœna, vnumquemq nostrum alienum reddat deterreatq. Atq. hęc & similia ex ipsis scripturæ fontibus verisq. historijs diducens, mire orationem hanc suam exornat amplificatq. auctor, ad quem pietatis diuinęq. amoris studiosos remitto, præsens hoc opus tamquam longe vtilissimum cunctis proponens, commendansque.

σαφῶς διδάσκει τὰ περὶ αὐτῶν συγγραφέντα διηγήματα, εἰ γὰρ καὶ.
Perspicue de illis a nobis cõscriptæ narrationes edocẽt, quæ tametsi, &c.

ALludit hic noster auctor Theodoritus ad suam illam historiã quam φιλόθεον siue θεοσεβῆ, id est, religiosam inscribit, vbi describens vitas quorumdã sanctorum monachorum atq. eremitarum, dum varia similium dona commemorat, quorumq. potissimum meminerit, indicat; hæc inter alia in procemio illius suæ historiæ de hisce in mediũ adducit: Quoniam ergo diuersa consecuti sunt dona, merito vniuscuiusq. narrationem faciemus separatam: non quæcunq. ab ijs gesta sunt persequentes, ad ea enim scribenda, ne tota quidem vita suffecerit: sed cum pauca de vniuscuiusq. eorum viuendi ratione, & de ijs quæ fecit narrauerimus, & paucis totius vitæ characterem ac formam ostenderimus, ad alium transibimus, neq. vero omnium Sanctorum qui vbiq. insignes extitere, vitæ historiã litteris mãdare conabimur, neq. enim eos qui vbiq. clari fuere cognoscimus, neq. fieri potest, vt vnus cõscribat de omnibus. Eorum ergo solum vitam describam, qui tamquam lumina fulsere in oriente, & fines orbis terrarum suis complexi sunt radijs.

τὸν χρυσὸν οὐχ ἅπαντα τὸν προσφερόμενον δαπανᾷ ὁ λίθος.
Non omne aurum allatum consumit lapis lydius.

ALlusionẽ vel ex ipsa nostra latina conuersione, poterit studiosus addiscere lector. Nam lapis lydius (vt auctor est Theophrastus) qui & Heraclius dicitur, est qui suo attritu, aurum atq. argentum, cuiusmodi sit, arguit. Sunt tamen qui hunc magnetem putent, quem & Herculanũ lapidem vocare solent nonnulli. Verum ex ipsis verbis Theophrasti, constat βάσανον significari, quem latini indicem nuncupant, in quem Battum pastorem transfiguratum, alibi fabulatur Ouidius, manente nimirũ etiam nunc in lapide, prodendi studio, vt ipse vult. Neq. tamen putandũ est, ab Hercule Heraclium esse dictum: sed potius ac verius ab Heraclea ciuitate Lydiæ. cuius Plinius lib. 33. cap. 8. meminit, in hæc verba. Auri argentiq. mentionem comitatur lapis, quem coticulã appellant, quondam non solitus inueniri nisi in flumine Imolo, vt auctor est Theophrastus, nunc vero passim, quem alij heraclium, alij lydium vocant. Ijs Coticulis periti cum e vena lima rapuerint experimentum, protinus dicunt, quantum auri sit in ea, quantum argenti vel æris scrupulari differentia, mirabili ratione non fallente, &c.

καὶ τὰ πεπηγότα τοῖς ἀθληταῖς ὑπερπηδῶσι σκάμματα.
Et septa picianis athletis defixa transilierint, &c.

HÆc inuictis illis athletis, quorum vitas in historia illa sua Religiosa describit, attribuit potissimum auctor, & vt vnum e multis proferam, narrat Theodoritus in vita Eusebij eremitæ, prioris illius (nã duorum meminit) de Dauide quodam monacho siue eremita (quem se vidisse scribit) quod vir hic fuerit diuinus, ac vltra leges latas decertarit, septaq. transilierit, neq. vsq. ad vesperam iræ vt moueretur concedens, sed nec vt moueretur quidem omnino permittens. Talem fructum is ex magni Eusebij consuetudine acceperat, &c. Et hæc ibi quasi sub finem recensentur.

Et cal-

[illegible]

Et calceis pedes tegitur, &c.

COmparatio fit inter pastores ouium & pietatis diuinæq; amoris athletas, quorum vtrisq; sunt quidem diuersæ corporum incommoditates, aerisq; intemperies frigora atq; æstus, sicuti & de nautis alijsq; eius generis enarrat. at tamen modo longe dissimili, cum hi inter multa incommoda etiam sua intermixta habeant commoda, illi autem nihil simile. cum enim hi & calceis pedes tegant, & dum frigus est, ad focum accedunt, dum æstas fæuit vmbras sectantur, aliaq; refrigeria & oblectationes expetunt: illi vero extra, nihil corporis aduersitates naturæq; necessitatē curantes, suā naturā euincere studēt. Vnū profert exēplum de quodā Marosa monacho, qui in hodiernu vsq; diē vt refert Theodoritus, pedes nūquam texit calceis. Cum vero inquit, est frigus in vmbra sedens, in æstu solem excipit, & veluti auram zephyri, quę ex eo procedit flammā suscipit, &c. Plura eiusce generis exempla eius continet historia religiosa.

[illegible]

Dum vel herbas commedunt instar animalium rationis expertium, vel solis madefactis vescuntur leguminibus, &c.

ATq; id est, quod & paulo post dicere vult, inquiens: Non vnū eundemq; esse victum horum atq; illorum, dum alij quibus ac quando volunt fruuntur: hi vero diuinæ caritatis athletæ suas delitias in herbarum, olerum madefactorum, leguminum, & id genus similium commestione collocant. Quare & non multo post asserit, neminem diuinę illorum philosophiæ expertem, eorum facile ostensurum tolerantiam, atq; hæc latius prosequitur auctor describendo eiusmodi athletarum vitas in sua historia religiosa. Et primo quidem quod tenuem hunc illorum victum escæq; genus, hoc inter alios affirmat de Iacobo illo Nisibita eremita. & pontifice sanctissimo, qui (vt ibi ait) fruebatur alimento, non quod cum labore nascitur & feritur, sed quod sua sponte producitur. Nā ex siluestribus colligens arboribus, fructus, qui sponte nascuntur, & ex herbis eas quæ sunt esculentæ, & habent instar olerum, ex ijs dabat corpori quæ satis erant ad viuendum, ignis vsum recusans, &c. Haud absimilem victus rationem in summa abstinentia seruauit Iulianus Saba eremita, vt de eo in sua testatur historia Theodoritus, ac de Eusebio loquens: Cibum, inquit, ipse quidem capiebat tertio & quarto die: illis autem qui ei cohabitabant præcipiebat alternis vesci diebus, &c. Idem de Simeone prisco in eius describit vita, quod herbas esculentas sibi parasset cibum, &c. Et de Aphrate monacho in eius vita sub initium sic narrat: Cū autem vsq; ad profundum processisset senium, post occasum solis vescebatur oleribus, &c. De Acepserea monacho scribit idem, quod ei afferebatur cibus, lens aqua madefacta. Semel autē in hebdomada noctu egrediens, hauriebat ex fonte propinquo, quantum satis erat aquæ, &c. Et de Eusebio in eius vita refert quod veste quidem opertus esset pellicea, cicere autē & fabis aqua madefactis sese nutriens. Quin & interdū quoq; vescebatur, inquit, cariciis, sic vtcunq; corporis infirmitatem sustentare conans. &c. Et in vita posterioris illius Iacobi monachi sic habet. Accepta ergo testa apposita, madefactæ lentis cibum sumpsit, id enim erat ei alimen-

alimentum, &c. Quid quod plerique vel solo etiã hordeo sola aqua madefacto pro cibo suo vescebatur, qualis inter alios, teste eodem hoc nostro auctore, fuit Macedonius, quem vt ait, propterea κριθοφάγον, id est vescentem hordeo cognominabant, is enim cibus hoc ei cognomen imposuit, sciunt quidem omnes Phœnices & Syri & Cilices &c. Nec multo post ibidem: Cibo autem vsus est non pane, nec leguminibus, sed purgato hordeo, & sola aqua madefacto. Hunc autem cibum mater mea (de sua loquens Theodoritus) quæ ei familiaris, longissimo tempore suppeditauit, &c. hordeoque solo quadraginta annos vsus est, &c. Huius autem Macedonij benedictionem & doctrinam, sæpe se percepisse, ibidem sub finem scribit idem Theodoritus, cuius & eius hortatu ac opera confitetur se Deo dicatum priusquam nasceretur, &c. Atque hæc in vita Macedonij monachi habet Theodoritus noster φιλοθέῳ ἱστορίᾳ. Plura de similium athletarum victus genere nosse qui volet, ibi reperiet. Quid quod & de Domnina muliere monacha refert in eius vita, quod nutrimentum haberet lentem aqua madefactã. &c. Et post, ibidem: Quin & mihi, inquit, (de se loquens Theodoritus) quoque venienti ad illam partem (est autem nostræ religioni ad austrum) mittit & panem & fructus & lentem madefactam, &c.

καὶ οὐδὲ ἐν τοῖς ἄλλοις τούτων ἐπιτηδεύμασιν.

In nullo igitur, alij eorum sunt studijs similes, &c.

Vt hactenus ita & deinceps ostendere conatur disparitatem morum rationisque vitæ ac victus horum atque illorum, in mundo rerum suarum satagentium, & horum pugilum in eo quidem degentium, sed sese a cunctis eius illecebris abstrahentium, solique Deo posthabitis vniuersis toto se pectore deuouentium: cum alij fere seipsos quærant propriaque curent. Ex his autem pietatis veræque religionis alumnis, (vt est in vita Baradati apud eundem) alij vitam amplectentes monasticam, & cum Deo solum loqui meditantes, nullamque consolationem humanam participantes, sic victores publice denuntiantur. &c. Alij autem amplectuntur vitam in antris & speluncis, multi etiam ex quibus aliquorum meminimus, non antrum, non tabernaculum, non speluncam, non tugurium habere decreuerunt, sed nudo aeri sua corpora mandantes, cõtrarias qualitates tolerant, aliquando quidem summo gelu concreti, aliquando autẽ igne radiorum exusti atque horum quoque victus & vita est diuersa, alij enim stant assidue, alij autem de die partim stant, partim sedent, & alij sepis quibusdam inclusi fugiunt multorum congressus, alij vero nullo tali tegumento vtentes, propositi sunt omnibus eos contemplari volentibus, &c. hæc ibi.

οὐ γὰρ ἐσθὴς ἡ αὐτὴ τούτων κἀκείνων, τραχυτάτη γὰρ αὕτη.

Neque enim vna eademque est vestis horum atque illorum, cum hæc sit asperrima, &c.

HOc de sanctis illis Monachis quorum vitas continet φιλόθεος ἱστορία aliisque eandem vitæ austeritatem sectantibus vult dictum, & sic inter alios de Iacobo illo Nisibita, cuius iam meminimus, in eius vita enarrat quod ei lanæ vsus fuerit superuacaneus, asperrimi enim, inquit, caprarum villi eius vsum supplebant. Ex eis ipsi fiebat & tunica, & simplex amicu-

amiculū, &c. Et in vita Petri Eremitæ dicit eū veste ex caprina pelle confecta, fuisse indutū &c. Et in vita Maris eremitæ, sic de eo scribit. Maris inopiam magis dilexit quam summas copias, nonaginta vero octus annos. vtebatur vestibus contextis ex villis caprinis. Panis autem & parum salis eius nutrimenti vsum implebāt, &c. Et in vita Domninæ monache (quæ in ordine vitarū est trigesima & vltima apud Theodoritum) sic de ea recenset. Domnina admirabilis continuis lacrymis non solū rigat genas, sed & vestimēta ex pilis, talibus enim vestimentis tegit corpus, &c.

οὔτε τροφὴ ἴσομοια.
neque similis victus, &c.

HOc cum de multis affirmet Auctoris mei Φιλόθεος ἱστορία, sufficerit pio instituto præsenti adduxisse vnum, quod de Romano eremita commemorat, eum scilicet vsque ad senectutem neque igne, neque lumine lucernæ vsum esse Cibus autem erat ei (vt ait) panis & sal: potus uero fontanum fluentum &c. plura huiusemodi exempla in eodem illo auctoris mei opere, reperire licebit.

ἐνταῦθα δὲ καὶ ἡμέραι καὶ καιροὶ καὶ εἴδη τροφῆς καὶ μέτρα.

At his & dies & tēpora & certa escę sunt genera atq; mensurę &c.

ITa de sanctis illis Eremitis auctoris nostri affirmat Φιλόθεος ἱστορία, vti de Eusebio, quod cibū solitus sit capere tertio & quarto quoque die. Illis autem qui secum habitabant, iubebat vesci alternis diebus, præcipiebat autem cum Deo assidue colloqui, nullumque tempus relinquere ab hac operatione vacuum, &c. hæc in eius vita. Ita & de Mariano eremita in eius vita enarrat. Cibus autem (ait) ei erat solus panis, isq; certa ei præbebatur mensura. Ea autem erat mensura, vt nec puero quidem nuper ablactato satis esset. Aiunt enim panis libram in quattuor partes diuisam, quatuor diebus fuisse distributam, & vnicuiq; diei attributam fuisse partem. &c. statuerat autē vesperi comedere cotidie, & numquam satiari &c. hæc ibi. Quid quod Publium monachum in eius vita scribit accedentem ad trutinam, panis mensuram diligenter perpendisse, & si quando inuenisset plus quam esset definitum, ægre tulisse, eosq; qui hoc faciebant, helluones appellasse: iubebat enim neq; comedentes neque bibentes, satietatem exspectare, sed tantum capere quantum satis esset ad tuendam vitā corporis, &c. De Simeone autem monacho in eius vita commemorat, quomodo cum alij post duorum dierum spacium cibum sumerent, ipse totam hebdomadam permanserit ieiunus, &c. nec multo post ibidem de eodem mirabile quid recenset quod mirum quadragesimale ieiuniū seruarit alligatus trabi quam ipsemet columnę alligauerat, illiq; sic a semetipso alligatus steterit totos quadraginta dies cibū quidem non sumens, sed diuina gratia & alacritate animi confirmatus. &c. Idē in vita Theodosij monachi ita de eo scribit: ac de eius quidem a cibo abstinentia, & quomodo humi cubaret, & cilicio indueretur, superuacaneum est dicere ijs, qui eius vident discipulos & sodales, & in eis eamdem cernunt viuendi formā, &c. ac de Zenone monacho refert, quod ab vno familiarium necessarium accipiebat alimentum, id autem inquit, erat vnus panis, qui duobus suppeditabatur diebus, aquam autem procul hauriens ferebat ipse, &c. atq; hæc de eo in vita illius narrat Theodoritus, quem & se vidisse testatur ibidē. Quin & de posteriori

F illo

illo Iacobo eremita in eius vita (qui & suo tempore superstes erat) affirmat, quod sæpe post intersectum septem dierum spacium corpus aleret, &c. Cumq. hoc abstinentiæ dono non solum viri, sed & sanctæ quædam mulieres fuerint conspicuæ, vnum proferre lubet auctoris nostri testimonium, de Marana & Cyra fœminis, quæ quadraginta diebus exiguū cibum sumpserunt. Ter quoque diuini Danielis a cibo abstinentiam sunt emulatæ, tres dierum hebdomadas conficientes & cibum corpori subministrantes, &c. Et hoc in illarum vita, quæ est apud Theodoritum in sua historia religiosa, vigesima nona in ordine.

[illegible]

neque solari radio calidius eos feriente, &c.

ID cum de pluribus nostri auctoris affirmet Φιλόθεος ἱστορία, perspicuū maxime videmus in Eusebio, qui teste illius viro Theodorito, cū intēsum esset frigus, in vmbra sedens in æstu solem suscipit, & tamquam auram Zephyri, quæ ex eo procedit flammam excipit, &c. Et in Eusebio monacho posteriori, quod cum hieme congelaretur & æstate vreretur, fortiter tulerit contrarias qualitates aeris, atque hunc se vidisse, & audisse in eius vita confirmat Theodoritus. Sed neque prætereundum est quod idē de summa vitæ austeritate Iacobi eremitæ posterioris, in eius vita commemorat. Hic, inquiens, post positis his omnibus & tabernaculo, & tugurio & murorū tegumento, pro lecto habet cœlum: contrarios omnes aeris impetus sustinens: nunc quidem pluuia uehementi obrutus, nunc autem glacie & niue congelatus; aliquando etiam radijs solis tostus & exustus: & aduersus omnia se fortiter atque constanter gerens: & quasi in alieno certans corpore: & contendens vincere naturam corporis animi: mortalis enim hoc & patibili indutus corpore, vitam agit, quasi impatibilis, & vitam incorpoream in corpore meditans, &c. Idem pater, quos & quantos impetus summi æstus ferentis solis etiam in maximis morborum angustijs tulerit. &c. Atq. hæc in eius vita. Quin & hæc ipsa de Marana & Cyra mulieribus in earumdem affirmat vita, quippe quæ ob amorem sponsi, & imbris, & niuis, & solis excipientes impetum, non cruciatum, nec dolorem sentiunt, sed in ijs quæ videntur molesta, animi gaudium percipiunt, &c.

[illegible]

Cum & maiores & plures sudores atque labores ab his insumantur noctu quam interdiu, &c.

HOc cum primis eius testatur historia de Simeone quodam Eremita admirabili, de quo in eius vita recensens extremam vitæ tolerantiam, ita scribit: In festis autem publicis aliam quoque ostendit sollertiam, nam post occasum solis, donec is rursus venerit ad orizontem occidentalem, manibus in cœlum extensis stat tota nocte, nec a somno delinitus, nec a labore superatus, &c. nec multo post totam autem noctem & diem, vsque ad horam nonam orat perpetuo, post nonam vero primum quidem diuinam doctrinam præsentibus exhibet, &c. sequiturq. post. Circa occasum autem solis deinceps incipit loqui cū Domino, &c. Hoc quoq. adseuerat auctor de Iacobi posterioris eremitæ coætanei sui sudoribus, laboribus, summisq. eius aduersus illusiones ac tentationes cacodæmonis certaminibus maioribus quidem noctu quam

inter

interdiu susceptis, &c. Atq. horũ & similiũ, tam ab Euagrio quam Theodorito, alia id genus exẽpla citantur plurima, quæ in illorũ historijs reperiet lector studiosus: quemadmodũ & apud Iohanem Cassianũ egregiũ sane auctorẽ, quem iã recẽs Romana editio (opera ac studio vnius potissimũ Antonij Cardinalis Carafæ viri, & litteratiss mi, & de re litteraria rẽ ũ primis optime meriti) castigatissimum ac plenissimũ nobis protulit.

[illegible]

totamque noctem in diuinis laudibus transigunt, &c.

HAnc consuetudinem de nocte laudandi dominum, a Paulo illo Eremitarum auctore, atq. magistro, inchoatam vna cum S. Antonio, docet Diuus Hieronymus, inter cetera affirmans hosce duos gratijs post cibum sumptum Deo actis, de more noctem in diuinis laudibus consumpsisse, &c. Vide quæ Athanasius in vita S. Antonij commemorat, & Iohannes Cassianus Eremita de his alijsq. in XII suis de institutis Cœnobiorum libris conscribit.

[illegible]

Manifestum est, quod amor ille in Deum effecit, vt terminos naturæ superarent, &c.

Σκοπὸς siue constitutio est totius huius περὶ τῆς Ἀγάπης orationis, ad quam plerisque ad hanc viam parantibus atque sternentibus primũ præmissis, admodum apposite & accõmodate venit, qui sicut ad caput suum animalis membra, itaquoq. vniuersa totius huius orationis membra atque argumenta longe lateq. diffusa ac dispersa, veluti ad caput quoddam suum siue principium referuntur cum cuncta ad vnam caritatem siue dilectionem reducantur. Quod vero amor ille diuinus hoc efficiat vt illius possessores terminos naturæ superent, alibi docet idẽ Theodoritus, sic inquiẽs; Quæ enim ab hisce athletis fiunt, humanam naturã excedunt. Solent autẽ homines natura metiri ea quæ dicuntur: si quid vero dicatur quod eius transcendat limites, falsa videtur oratio illis qui nõ sunt diuinis mysterijs initiati, &c. Et hæc in Simeonis vita, de cuius etiã miraculosis actionibus agendo, non multo post dicit: quod alij quidem paralyticos ad eum tulerint, alij ægris sanitatem petebant, alij etiã, vt patres fierẽt rogabant, quodq. a natura non acceperant, ab illo requirebãt, &c. Atqui ex hoc solo perspicuũ satis euadit, excessum illũ namq. de quo agit partim in extrema illa vitæ austeritate qua perferebant illi haud grauate, partim etiam in miraculosis multumq. stupendis actibus cõsistere.

[illegible]

Sic qui diuinæ dilectionis stimulos admiserunt, quanto plus desiderant frui, tanto magis satietatem depellunt.

ITa de Zebina siue Polychronio in illius vita scribit Theodoritus, superabat autem, inquiens, vt dixerunt, omnes sui temporis homines, assiduitate orationis: in ea enim diu noctuq. versans, non solum non fatiebatur, sed etiam desiderium reddebat vehementius, &c. Et de Baradato eremita, in eius vita sic refert: Omnem vero laborem illum suffert, cum non sit admodum robusto sed valetudinario corpore multisq. morbus obnoxio, feruẽs autẽ alacritas animi, diuinoq. amore incẽsa, cogit vt

F 2 labo-

labores, qui etiam laborare nequit. &c.

τοιοῦτος δὲ Μωϋσῆς ὁ μέγας νομοθέτης, ὃς πολλάκις ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ τῆς θεωρίας ἀξιωθείς.

Talis erat magnus ille legislator Moyses, qui sæpenumero quantū homini fas fuit, diuina contemplatione habitus est dignus, &c.

INcipit proponere exempla Patrum veteris testamenti qui diuinum illum amorem maxime sectati sunt, ac primo de eximia illa Moysis in Deum caritate agit. Tota autem illius historia ad quam hic alludit, est Exodi 24. cap. vbi oblatis Domino sacrificijs fœderisq. sanguine in populum resperso, Moyses multa ad montis vsque radicem comitante caterua, solus adscendit in montem, vbi cum Domino quadraginta diebus & quadraginta noctibus permansit, panem non comedens & aquam nō bibens, &c. Et Exodi 33. vbi inter alia habemus, quod loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum, &c. Hæc ibi.

καὶ ὁ ταύτης ἐραστὴς καὶ νυμφαγωγὸς ὁ θεσπέσιος Παῦλος.

Huius etiam pulcritudinis amore captus illius sponsor ac paranymphus diuinus Paulus, &c.

PAulum sponsorem ac paranymphum siue pronubum sponsæ appellat, alludens mea quidem sententia, ad locū illum Pauli quē paullo ante ex Epist. posteriori ad Corint. cap. 11. in hæc verba adduxi: Despōdi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo, &c. Et ad septimum cap. prioris ad Cor. vbi inter alia quo pacto coniuges, viduæ & virgines, singulæ in suo statu viuere seseque gerere debeant, luculenter describit Apostolus. Ex quibus lectori haud erit difficile colligere rationem, cur Paulus νυμφαγωγὸς καὶ προμνήστωρ, idest sponsor ac pronubus siue paranymphus subinde a sanctis Patribus vocetur. Atq. hac parte orationis suæ, de ardentissimo illo Diui Pauli in Christum amore incipit disserere auctor, non citra artificiosam argumenti sui (περὶ τῆς ἀγάπης) cum laude amplificationem, ex verbis ipsius Apostoli hinc inde factam atque deductam.

καὶ εὑρὼν πάντα τῷ ἔρωτι παραχωροῦντα, καὶ τὰ λυπηρὰ καὶ τὰ θυμήρη, καὶ τὰς ἀγάπας τὴν στέρησιν τῆς ἐν γεέννῃ κολάσεως πικροτέραν

comperissetq. cuncta amori cedentia, tristia simul ac iucunda, ipsamq. caritatis priuationē quouis gehēnæ supplicio acerbiorē, &c.

HAud dissimilia de magno Paulo, eius laudes personans homilia sua secūda in me liū adfert Chrysostomus, inter alia sic enarrans: Quod enim maius erat omnibus, Christi amore fruebatur Paulus; cum hoc se cunctis putabat beatiorem: sine hoc vero neque dominantium neque principatuū socius esse cupiebat. quin cum hac dilectione potius extremus esse optabat, immo etiam ex numero punitorum: quam sine hac inter summos & honore sublimes. hoc enim erat illi maximum & singulare tormentum, ab hac caritate discedere: hæc illi erat gehēna: hæc sola pæna, hæc infinita & intoleranda supplicia, sicut etiam perfrui caritate Christi, hoc illi vita, hoc mundus, hoc angelus, hoc præsentia, hoc futura, hoc regnum, hoc promissio, hoc bona videbātur innumerabilia; Præter hæc vero nihil in tristium parte ponebat. Horū enim quæ hic habentur, nihil asperū nihil suaue reputabat, &c. Et sequitur ibidē. Quin & mor-

& mortem, & cruciatus, & mille supplicia, quasi ludum puerorum putabat, dummodo aliquid propter Christum sustineret, &c. Hæc ibi.

ταῦτα καὶ ὁ μέγας Πέτρος κεντρούμενος πόθῳ.

Hoc quoque magnus ille Petrus extimulatus desiderio, &c.

CUm hactenus ardentissimum illum Pauli amorem in Christū, ostendere conatus sit auctor, vt alios ad eumdem prouocaret inflammaretq. : deinceps principis quoque apostolorum beatissimi Petri, eximia quædam dilectionis siue amoris exempla in medium adducit, maximumq. eius in amando Domino ardorē cum quadam energia demonstrat: & quod sit boni pastoris officium, in eo ex doctrina Christi, & exēplo Petri admodum sane luculenter præscribit, edisseritque. Locus autem hic cum in auctore sit valde insignis, & pietate atq; doctrina plenus, eum pio doctoq; lectori singulariter commendandum inter alia putaui.

οὐκ ἀνέσχετο τοῦ πορθμείου σχολαιότερον διατέμνοντος τῆς θαλάσσης τὰ νῶτα.

Non sustinuit nauem tardius maris discindere terga, &c.

VEnusta est hæc Periphrasis traiectus & ambulationis Petri super mare, summique ipsius in Christum amoris, quippe ad quem relicta naue per aquas tetendit. Ceterū quomodo Petrus super mare ambulauerit, placebit & Ambrosiū sic de ea ambulatione loquentem audire, Ambulauit, inquit, in mari Petrus magis dilectione quam pedibus. non enim videbat vbi vestigium pedum poneret in mari, non cogitat labentes aquas, non fluenta currentia, & dum Christum respicit, non respicit elementum, credit fide etiam inter vndas solidum inuenire vestigium. mittetur licet fluctibus mare, ventis pelagus conturbetur, non tamen turbatur Petri semita, quæ ducit ad dominum. ambulat igitur super aquas Petrus, & sub pedibus eius mollis unda non cedit, &c. Hæc Ambrosius serm. 47.

καὶ τριπλῆν ταύτην ἀπῄτησεν, ἵν' ἰσάριθμα τοῖς ἕλκεσιν ἐπιθῇ τὰ φάρμακα.

Et hanc exegit triplicem: vt medicamenta pari numero vlceribus respondentia adhibeat, &c.

DE triplici hac confessione Petri non minus pulcra quam hisce conformia enarrat alibi Ambrosius, in hæc verba: Apostolus cum tertio interrogaretur a Domino: Simon amas me? Respondit tertio, Domine tu scis, quia diligo te. Ait Dominus, pasce oues meas. Et hoc tertio, quod quidem dictum ad compensationem prioris profecit erroris. Qui enim tertio Dominum negauerat, tertio confitetur: & quoties culpam delinquendo contraxerat, toties gratiam diligendo cōquirit &c. Ita Ambrosius in libro Homiliarum de sanctis in Petrum.

καὶ ἐξιὼν ἐκ τοῦ πονηροῦ συνεδρίου σὺν τῷ ὁμόζυγι ἔχαιρεν, ὅτι κατηξιώθη ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ δεσπότου ἀτιμασθῆναι.

Exiensq. ex prauo concilio, cum consorte ac socio passionis suæ & gloriæ, gauisus est quod habitus esset dignus, pro nomine Domini contumeliam pati, &c.

ALlusit ad illud Actorum 5. cap. Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilij, quia digni habiti sunt, pro nomine Iesu, contumeliam pati, &c. non quidem quod id in Paulo etiam euenisse velit auctor,

ctor, quando in Petro alijsq. hoc factum esse narrat ibi Lucas (neque enim pro nomine eius tunc contumeliam censeri debet passus Saulus, cuius adhuc erat persecutor, cum demum 13. cap. Actor. Saulus qui & Paulus narretur Spiritu Sancto repletus, & ad Dominum conuersus) sed quod id postmodũ in Petro pariter & Paulo completum sit, in prædicatione scilicet Euangelij, & eorundem martyrio, quod vno eodemq. tẽpore eos simul subijsse ex hoc loco auctoris mei haud obscure discere poteris, idemq. nõ minus fuse quã perspicue a nobis ostensum est alibi.

> παρῄνει τοὺς δημίους μὴ τῷ Δεσπότῃ παραπλησίως τῷ ξύλῳ προσηλωθῆναι.
>
> Hortabatur lictores, ne eodem quo Dominus modo, suspenderetur in ligno, &c.

EX hoc loco auctoris, duo notabilia accipe lector pro primo conformitatem doctrinæ, atque historiæ Theodorii, cum ea quæ est magistri sui Chrysostomi: Hæc siquidem ex eius sententia atque doctrina, de Petro eiusque martyrij modo referri, conuincitur ex Homilia Chrysostomi in laudes magnorum apostolorum conscripta, ac e Græco in Latinum recens conuersa, & in vtroq. idiomate iam primum a nobis edita, potissimum vero ex loco in hæc verba ibidem adducto: χαίροις Πέτρε, ὁ τοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ ἀπολαύσας, καὶ κατὰ ὁμοιότητα τοῦ διδασκάλου σταυρωθῆναι μὴ θελήσας, ἐν ὀρθῷ τῷ σχήματι καθὼς ὁ δεσπότης ἡμῶν, ἀλλὰ μᾶλλον ἄνω ποδῶν ὡς εἰς οὐρανὸν τὴν πορείαν ἐκ γῆς ποιούμενος. Quæ ita reddidimus: Gaudeas Petre, qui ligno crucis fruitus es, & ad magistri similitudinem recta quidem figura, sicut Dominus noster crucifigi noluisti, sed magis inuerso capite, veluti in terra ad cœlū iter parans, &c. Secundum notabile quod ponimus, consistit in verbo προσηλωθῆναι, cuius si primaria inspiciatur significatio, vis, atque compositio simul cũ principali eius themate, optime inde intelligetur, quomodo Petrus in suam adactus sit crucem. Tametsi autem Orthodoxis illis patribus nostris Græcis, verba hæc, ἀνασταυρόω, προσηλόω, & ἀποτυμπανίζω fere peculiaria sint in ea significatione, qua latini crucifigere, siue patibulo affigere dicunt, nullum tamen illorum perinde proprie atque aperte rationem fixuræ clauorum denotat, atque hoc verbum προσηλόω, idest affigo siue crucifigo & proprie clauis, quoniam & ἧλος idem quod clauus est latinis, illudq. verbum ex πρὸς, & ἧλος compositum existit. Vnde ex præsenti hoc loco, vi verbi προσηλωθῆναι, (quo & alij patres in eo significato sunt vsi) optime conuincitur S. Petrum non funibus aut alio modo alligatum, sed vere clauis cruci suæ fuisse affixum. Plura in hanc sententiam a nobis adducta videbis in illum locum Homiliæ Chrysostomi in magnos Apostolos Petrum & Paulum, iam iam citatæ, vbi sic est: ὦ μακαριωτάτων ἥλων, οἵτινες τὰ ἅγια ἐκεῖνα μέλη διῆλθον. idest, o clauos illos beatos, qui membra illa sanctissima pertransierunt, &c. sed eo a nobis pius studiosusq. remittitur lector, vt rem non tam a pictoribus depictam, quam vere gestam intelligas.

> τὸ γὰρ ἔσχατον αἱρούμεθα, οὐκ ἐν τιμῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ἀτιμίᾳ μεμαθήκαμεν.
>
> Atque in hoc didicimus non in honore solum; verum etiam in ignominia postremum eligere, &c.

Exem-

EXemplo Christi, suorumq; Apostolorum, ac martyrum discimus gloriosa antecactæ vitæ insignia, atque trophæa vltima esse reposita non solum in morte vulgo honorifica, sed etiam in ea quæ cum ignominia suscipitur. quemadmodu hic in Petro appaiet, hinc & in historia actorum legimus, quod loco honoris & gaudij susceperint sese dignos haberi qui pro Christi nomine contumeliam paterentur, &c. Certum enim est veræ pietatis athletas sibi constituere gaudia, vbi illorum persecutores reputant dolorem, vbi impij hi pœnam, illi coronam, vbi hi mortem atque exitium, illi vitam, & gloriam ducunt: Vt non immerito pia hæc & sancta mater nostra ecclesia, sanctorum martyrum Christi natalitia in die illorum exærumnosa & lacrimabili hac vita excessus, celebranda voluerit mandaueritq. eos tum ad veram semperq; beatam vitam transisse testificans.

ταύτης Ἀδὰμ τῶν ἀγάθων ἐκκρεμάσας, καὶ περὶ τὸν εὐεργέτην ἀγνώμονα γενόμενος.

Hanc caritatem Adam cum parui pendisset, seseq; in benefactorem ingratum prebuisset, &c.

HIstoria huius est Genesios 13. capite, vbi Adam ob suam in Deum ingratitudinem, diuinorumque præceptorum præuaricationem, & verum in Deum amorem spretum, vna cum Eua e paradiso pellitur, pænaq; illis ac posteritati illorum indicitur, & paradisus ijsdem perpetuo obseratur &c. Vide plura loco citato.

ταύτης Ἄβελ τῷ χρόνῳ τῶν ἀγαθῶν βεβαίαν φυλάξας

Hanc Abel dum largitori bonorum firmam certamq; seruasset &c.

DE Abel certa est historia ad quam allusit auctor Gen. 4. vbi legimus Abel eum esse pastor ouium, obtulisse de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum, ipsumq; dominum respexisse ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem & ad munera illius non respexisse, &c. Eadem quoq; ponitur historia apud Paulum Hebr. 11. cap. vbi sic est, Fide plurimam hostiam Abel quam Cain, obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur, &c.

ταύτης Ἐνὼχ ἀληθῆ καὶ γνησίαν κτησάμενος.

Hanc veram atque germanam cum possedisset Enoch, &c.

HIstoria Enoch ad quam hic fit allusio, est ecclesiastic. 44. cap. vbi sic est: Enoch placuit Deo & translatus est in paradisum, vt det gentibus pœnitentiam, &c. Et apud Paulum Hæbr. 11. cap. Fide Enoch translatus est ne videret mortem, & non inueniebatur, quia transtulit illum Deus, ante translationem enim, testimonium habuit placuisse Deo, &c.

τί ἄν τις εἴποι περὶ τοῦ Νῶε φιλοθείας

Et quid de Noe in Deum caritate dixerit aliquis, &c.

ILlius historia est Gen. 6. cap. vbi inter alia, Noe soli iusso inter mortales ceteros reperto, arca saluus fabricanda mandatur, &c. & Gen. 7. 8. 9. & 10. capitibus, quibus plura eiusdem historiæ referuntur. Sicut & Eccles. 44. cap. vbi sic est. Noe inuentus est perfectus, iustus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio, ideo dimissum est reliquum terræ, cum factum est diluuium. Testamenta seculi posita sunt apud illum, ne deleri possit diluuio omnis caro, &c. Quibus & consonant verba Pauli

ba Pauli ad Hæbr. 11. cap. Noe responso accepto de ijs quæ adhuc non videbantur, metuens, aptauit arcam in salutem domus suæ, per quam damnauit mundū, & iustitiæ quæ per fidem est, hæres est institutus, &c.

καὶ σπέρμα καλλείφθη τῇ φύσει, καὶ σπινθὴρ ἐφυλάχθη τῷ γένει.

Et semen relictum naturæ, & scintilla præseruata est generi, &c.

Historia ad quam alludit auctor, nota est ex locis iam citatis. Id enim est quod Noe inter mortales soli iusto reperto, arca salutis fabricanda mandatur, Gen. 6. & 7. cap. vbi iubetur ipse & domus eius tota, ingredi in arcam: quod ceteris declinantibus ac præuaricantibus ipse iustus corā Domino repertus sit, &c. Quin & Gen. 9. cap. legimus, Deum benedixisse Noe & filijs eius, ad eosq. dixisse: Crescite, & multiplicamini, & replete terram, &c. Hinc & Paulus Hæbr. 11. cap. dicit a Noe aptatam arcam in salutem domus suæ, &c. vt scilicet (quemadmodum bene inquit hic auctor meus) semen relictum esset naturæ, & scintilla siue reliquiæ humani generis præseruatæ in Noe, per eius & domus suæ conseruationem manerent. atq. illud est quod vult Theodoritus.

ἰδοὺ Μελχισεδὲκ ὁ μέγας ἀρχιερεὺς

Sic Melchisedech magnus sacerdos

Alludit ad illud quod Paulus Hæb. 11. cap. de interpretatione nominis Melchisedech, adducit in hæc verba: Melchisedech primū quidem interpretatur rex iustitiæ, deinde autem, & rex Salem, quod est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neq. initium dierum, neq. finem vitæ habens, assimulatus autē filio Dei, manet sacerdos in perpetuum, &c. De huius etiam sacrificij oblatione habemus Gen. 14. cap. vbi sic est: At vero Melchisedech Rex Salē, proferens panem & vinū (erat enim sacerdos Dei altissimi) benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelso qui creauit cœlū & terrā. Et benedictus Deus excelsus, quo protegēte, hostes in manibus tuis sunt. & dedit ei decimas ex omnibus, &c.

πῶς ὑπήκουσεν Ἀβραὰμ ὁ μέγας ὁ πατριάρχης καλούμενος τῷ Θεῷ.

Quomodo magnus ille patriarcha Abraam, a Deo vocatus, obediens, &c.

Allusio fit ad verba illa Pauli ad Hebr. 11. cap. Fide qui vocatur Abraam, obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem, & exijt nesciens quo iret. Fide demoratus est in terra promissionis, tamquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac, & Iacob cohæredibus promissionis eiusdem, exspectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus. Fide & ipsa Sarra sterilis virtutem in conceptione seminis accepit, etiam præter tempus ætatis, quoniam fidelem credidit esse eum, qui repromiserat, &c. Ac post: Fide obtulit Abraam Isaac, cum tentaretur & vnigenitum offerebat, in quo susceperat repromissiones. ad quem dictum est: In Isaac vocabitur tibi semen, &c Gen. 21. & Rom 9. cap.

καὶ τῆς Σάρρας τὴν φύσιν ἤγειρεν, καὶ τοῦ γήρως ὑπερέβη τοὺς ὅρους, καὶ τὸν ὁρισθέντα ἀπεκύησε παῖδα.

Et Sarræ naturam excitat ac senectutis terminos transgressus est, definitumq. parit Isaac, &c

Historia ad quam hic noster allusit auctor, ex ijs quæ iam ex Paulo ad Hebræos de Abraam, & Sarra adduximus, notissima est. Poterit tamen

tamen & hoc ad eximiam illam pietatem summamq. caritatem Abrae in Deum referri, hoc modo, vt Abraham intelligatur fide ac caritate illa sua, vltra quam vel natura, vel iudicium patitur humanum, ex Sarra iam sterili atque decrepita adhuc suscitasse sobolem, debitumq. pariendi ac gignendi tempus a natura statutum transgressus esse, & Isaac genuisse, atq. ita naturam ipsius Sarrae eius cisse. Historia autem illius in genesi talis est. Visitauit autē Dominus Sarram sicut promiserat, & impleuit quae locutus est. Cōcepitq. & peperit filium in senectute sua, tempore quo praedixerat ei Deus, vocauitq. Abraam nomen filij sui quem genuit ei Sarra, Isaac: & circumcidit eū octauo die sicut ei praeceperat Deus, cū centum esset annorum, hac q uippe aetate patris natus est Isaac. Dixitq. Sarra: Risum fecit mihi tēpus, & quicunque audierit, corridebit mihi. Rursumq. ait: Quis auditurus crederet Abraam, quod Sarra lactaret filium quem peperit ei tā seni, &c. Gen. 21. Quibus & consonant dicta serui Abrae Gen. 24. sic loquentis: Seruus Abraā sum & Dominus benedixit domino meo valde, magnificatusque est: & dedit ei oues & boues, argentum & aurum, seruos & ancillas, & camelos & asinos, & peperit Sarra vxor domini mei filium domino meo in senectute sua. dedit q. illi omnia quae habuerat &c.

Ἔδραμεν εἰς τὴν ἱερουργίαν αὐτοχειρὶ τὴν σφαγὴν ἐπιτελέσων, εἰ μὴ.

Cucurrit ad sacrificium haud dubie inflicturus plagam, nisi &c.

QVomodo Abrae fides & magna in Deū caritas in filii sui Isaac immolatione probata sit & ab executione prohibita, locus est in genesi cap. 22. quo respexit auctor, habetur autē ibi sic: Tentauit Deus Abraam, & dixit ad eum: Abraā Abraam; At ille respondit, adsum. at ille: Tolle filium tuum vnigenitū quem diligis Isaac, & vade in terrā visionis: atque ibi offeres eū in holocaustum super vnum montiū quem monstrauero tibi &c. nec multo post ibidem sequitur, pergebant ergo pariter, & venerunt ad locum quem ostenderat ei Deus in quo aedificauit altare, & desuper ligna composuit, cumq. colligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum. extenditq. manum, & arripuit gladium vt immolaret filium suum, & ecce angelus Domini de coelo clamauit dicens: Abraam Abraam. At ille respondit, adsum. dixitque ei, non extendes manum tuam super puerum neque facies illi quidquam, nūc cognoui quod timeas deum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me, &c. Et Iudith 8. cap. Tētati sunt Patres nostri, vt probarentur, si vere colerēt deū suum. memores esse debēt quomodo pater noster Abraā tentatus est, & per multas tribulationes trāsierunt fideles, &c. Et Haebr. 11. Fide obtulit Abraā Isaac, cū tētaretur, & vnigenitū offerebat in quo susceperat repromissiones, ad quē dictū est: In Isaac vocabitur tibi semen, arbitrans quia & a mortuis suscitare potēs est Deus, &c.

καὶ αὐτὸς δὲ ὁ μέγας Ἰσαὰκ τὸν αὐτὸν περὶ τὸν Δεσπότην ἐκέκτητο πόθον, καὶ ὁ τούτου δὲ υἱὸς Ἰακὼβ ὁ πατριάρχης.

Quin & magnus ipse Isaac hanc eandem in Dominum caritatem possedit, vti etiam illius filius patriarcha Iacob, &c.

SIc ecclesiastici 44 vbi inter alia dum de certis patrum benedictionibus, quas ob singulares quasdam suas virtutes quibus clarebāt, a deo perceperant, agitur, de Isaac sic habetur: Et Isaac eodem modo fecit propter

G

pter Abraam patrem eius. Benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus, & testamentum suum confirmauit super caput Iacob. agnouit eum in benedictionibus suis, & dedit illi hæreditatem, & diuisit illi partem in tribubus duodecim, &c. Hinc & varijs eum præuenit benedictionibus Dñs, inter alia ipsum Isaac Gen. 26. sic compellans: Ero tecū, & benedicã tibi: tibi enim & semini tuo dabo vniuersas regiones has, cōplens iuramentū quod spopondi Abraam patri tuo. Et multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli: daboq; posteris tuis vniuersas regiones has: & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, eo quod obedierit Abraam Dei voci, & custodierit præcepta & mandata mea, &c. Nec multo post, ibidem: Benedixitq; ei Dominus. Et locupletatus est homo, & ibat proficiēs atq; succrescens donec magnus vehementer effectus est, &c. Et sub finē capitis eiusdem, cū Isaac in Bersabee ascēdisset, apparuit ibi ei Dominus in ipsa nocte, dicens: Ego sum Deus Abraam patris tui, noli timere, quia ego tecum sum & benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum propter seruum meum Abraam, &c. Hinc quoque benedictionem consecutus est filius eius Iacob, Gen. 27. & 28. neq; modo benedictionis, sed & apparitionis ipsius Dei fructum cepit. Gen. 28. vbi primo ei Deus apparuit. secūda Dei apparitio Iacob facta, habetur Gen. 31. tertia & quarta 32. quinta est 35. sexta & vltima Dei apparitio Iacob facta, est eodē capite Gen. 35. vbi autem & quibus modis ei apparuerit Dominus, habes in locis iam citatis.

τοῦτον γὰρ καρπὸν εὐσεβείας ἔλαβεν Ἰωσήφ, ὃ ἐν νέοις πρεσβύτης, καὶ ἐν πρεσβύταις γενναῖος.

Hecum etiā fructus pius est Ioseph, qui inter iuuenes senex, & inter senes generosus ac strenuus exstitit, &c.

Videtur alludere ad illud psalmi. 104. vbi sic legimus: Constituit eū dominum domus suæ & principem omnis possessionis: Vt erudiret principes eius sicut semetipsum & senes eius prudētiā doceret, &c. Hæc enim ad litterā intelligenda videntur de Ioseph, qui cum constitutus esset dñs domus Pharaonis, iuuenis erat modestissimus, & tēperatissimus, ac insigniter pudicus, quales proculdubio cupiebat Pharao esse iuuenes primarios domus suæ. Cū autē senū sit verbo atque exēplo iuuenes erudire, videtur sane hoc modo haud inconuenienter Ioseph inter iuuenes senex fuisse dictus, sicuti etiam inter senes dicitur fuisse generosus ac strenuus, ob id scilicet, quod fortis excelsiq; animi sit, a iuuene aliquo senes temperari ac erudiri, quemadmodum ex illo psalm. adducto: Et senes eius prudentiam doceret, &c. de Ioseph clarū est. Quin & simile habemus de Daniel, qui cum iuuenis esset generoso infractoq; animo, senes illos & Iudices in Babylone redarguit, redarguēdoq; erudiuit &c.

Ταύτην Μωϋσῆς τὴν ἀγάπην κεκτημένος, τῆς τε βασιλείας ἀπαλλοτριοῦται.

Hanc eandem caritatem cum possedisset Moyses, splendida vita Regiæ spretā, &c.

Historia Moysis ad quam alludit, est ad Hebræos 11. cap. vbi de ea Paulus sic habet: Fide Moyses grandis factus, negauit se esse filiū filiæ Pharaonis: magis eligens affligi cum populo Dei, quā temporalis pecca

peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans, thesauro Ægyptiorum, &c. Eadem quoque historia haud obscure insinuatur Exod. [illegible] capite, nec non secundo libro antiquitatum Iudaicarum apud Flauium Iosephum, maxime cap. 9.

[illegible]

Huiusce pulcritudinis enim amore capti iuuenes illi virtutis Athletæ (quorum a nobis per modum compendii descripta est vita) ad magna illa etiam humanam naturam excedentia prodiere certamina, &c.

IVuenes illi pietatis atque virtutis Athletæ sunt sancti illi eremitæ, quorum vitas se descripsisse asserit, scilicet, in historia quam [illegible] idest religiosam inscribit, idque [illegible] hoc est, breuiter & per modū compendii, non enim omnium eo in libro meminit, sed quorūdam duntaxat, qui triginta sunt numero & ex his quidē, sicuti videre licet, 28. sunt viri, & duæ mulieres. Refert autem sese hic noster auctor, partim ad ea quæ pollicitus sub initiū dictæ suæ historiæ est, & partim ad ea quæ in procemio huius suæ orationis [illegible], de paucullis illis sufficere vult partimq; alludere videtur neque obscure, ad ea quæ sub finem vitæ Simeonis eremitæ, & Domninæ virginis, sua h[illegible] [illegible] idest, religiosa historia ac Stu [illegible] quidē, vbi [illegible] refert. Hæc autem sum persecutus, ex gutta conati [illegible] qui hæc scripta legerint, tamquam indici [illegible] dinem. Quæ vero decantantur celebrantur [illegible] ge plura. Sed non sum omnia scribere pollicitus [illegible] instituti ostendere formam & characterem. Con[illegible] sentaneum alii quoque de his multo plura &c. A[illegible] dranteq; ea quæ sub finē vitæ Domninæ virginis & [illegible] memorat Auctor in hæc verba. Sed omnia narra[illegible] nec omnes scriptores potueriat, & vt maxime id [illegible] neum existimo, & honoris cupiditatem quæ [illegible] Iis enim qui volunt aliquam perci[illegible] vulnera [illegible] sunt, ad præbendum id quod desideratur. Ideo enim & [illegible] cimus mētionem, & mulierum narrationes narrationibus viror[illegible] mus (institutum sui dat rationē) vt & senes & iuuenes & mul[illegible] phiæ habeāt exēpla & vnusquisq; eā quæ sibi cordi est vita exprimens, habeat suæ vitæ quandam regulam & gnomonē, qui est situs in narratione. & quomodo pictores ad exemplar respicientes, & [illegible] imitantur & nasum, & os & genas, & aures & frontē, & ipsos capitis ac barbæ pilos, & ad hæc & sessionem & stationē, quin etiam ipsos oculorum intuitus, siue sint læti & alacres, siue seueri & truces, ita etiam oportet vnumquemq; eorum qui hæc scripta legunt, volentem vitam aliquam imitari, suam ad illam quam elegit componere, &c. Et hæc, sub finē suę [illegible] [illegible], idest, Religiosæ historię, quam vocat, qui idē finis est vitæ Domninæ virginis & monachæ, quæ inter vitas quas ibi descripsit Theodoritus est trigesima & vltima, referi [illegible] quæ eadem finis Commentariorum nostrorum ac totius [illegible]peris coronis sunto.

FINIS.

INDEX PERSONARVM, RERVM, ac Sententiarum hoc opere [illegible]ententiarum Absol[illegible]timus.

[illegible]
lorum ac martyr[illegible]
nore solum, sed & in [illegible]
mune eligeus 38 19 46. & 47

Exempla patrum veterir tollenteus ut dictam sortitate maxime insignium. 22, 23 24 25. 26. 27. 44. 47. 48 & 49

Exempla philosophos fenibus & iuvenibus, virtute vulneribus proposita pag. 43.

Expositra contra exigua suffi.tt ad port terum artium prolandam & ignosone contempestorum improbandam. 1

F

Ferveant anima alacritas omni divina mensa continuisse, efficit ut laboret gra viorag perfecat etiam qui labora[illegible]

[illegible] Iacob[illegible]

Iacobi nisi[illegible]ra monachi sive cramen to abstinentia, atque tenuitas in victu atque vestitu 39 40

Iacobi posterioris (cuius auctor mentio est) summa vitae austeritas, eiusdemq maxime labores atq. sudores, & adversus tentationes ac illusiones daemonis, luctationes atque certamina. 39 42

Ieiunium quadragesimale mirum a Simeone monacho servatum 41

Ignis quanto plus nutrimenti subiicit, tanto motorem vim exerit 67

Labor[illegible]

Paulo

A 3